

in nostris decif. lib. 2. cap. 93. nume. 25. 39 peccare quidem ꝑ uendentes uictualia ultra pretium a lege taxatum, quamuis sit consuetudo, quæ præsumitur à Principe sciri, cum sit notoria, & per consequens illam princeps tolerat. quia talis consuetudo cum sit irrationabilis, & contra legem naturalem, ut ibi probauimus, tanquam irrationabilis non ualet, cap. quanto, de consuet. & multa tolerantur, quia in iudicium non deducuntur, uel non probantur, d. cap. cum iam dudum.

Decimateria. Ex his, quæ supra dixi- 40 mus, licet ꝑ uideatur posse concludi usuram posse permitti aliquo iure tum ciuili, tum Canonico. Ciuili quidem, quia finis illius legis est conseruare quietem, & pacem Reipublicæ, & ita intendit homines dirigere in bonum commune. sed finis canonici est conseruare animabus, atque conscientiis hominum. Vnde cum per contractum usurarium multa mala uidentur, utpote damnum in rebus, & periculum in personis, item pauperum sustentatio, & saluatio mercantiarum quæ multum utilis Reipublicæ, uidentur in his terminis permiffibilis, & per consequens quòd ad euitanda hæc maiora mala possit ecclesia hunc tolerare contractum: cum de duobus malis minus sit eligendum, d. c. duo. cap. nerui, dist. 13. Tamen oppositum constantiter affirmamus. Scilicet nullo iure 41 illam ꝑ posse permitti, cum sit prohibita usura, quia peccatum. Non enim ideo peccatum est: quia prohibita, iux. tex. in cap. quid ergo 13. quæst. 2. Sed prohibita, quia peccatum, tanquam sui natura uitiosa, habens malam cõuolutam, & contra decalogum legis. Cum usura sit rapina. 14. quæstio. 4. cap. si quis rapinam. Et licet uideatur ius ciuile illam concedere si, & C. de usur. tamen illam non approbat, sed tantum permittit, non infligendo pœnam. Verum ius Canonicum nullo modo illam permittit, quia iux. tex. in cap. quamquam, de usu. in 6, eos diuersimode punit. Sicut à simili,

Jura ciuilia impunitum relinquit maritum occidentem uxorem deprehensam in adulterio, non tamen illud delictum approbat, sed ius Canonicum nullo modo, ut supra diximus. Quod si quis obiciat, quòd propter ꝑ multa bona, quæ in de ex usura sequuntur, esset permittenda. respon. quòd nullo modo ius Canonicum illam permittit, cum sit contra uetus, & nouum testamentum, cap. super eo. cap. quia in omnibus, de usur. Immo nec illam permittit pro redimendis animabus captiuis ab infidelibus, quod est maximum bonum, & potissimum, quod possit ex usuris prouenire. Sic nec est toleranda propter minus malum euitandum. Cum illud malum, ꝑ quod incurrit usurarius, dicitur maximum peccatum propter quatuor. Primo, quia contemnit Deum audacius. Secundo, quia contemnit naturam expressius. Tertio, quia contemnit scripturam deterrius. Quarto, quia contemnit iura diuina. Contemnit namque ipse usurarius Deum audacius, quia cum in omnibus peccatis, quæ sunt expresse contra diuina mandata: homo uerecundetur, & erubescat, in isto tamen peccato quantumcunque sit expresse contra Domini mandatum, non uidetur uerecundari, sed potius gloriari, cum illam tanquam licitam exerceat, cap. quia in omnibus, de usur. Vterius cõtemnit naturam expressius, quia non solum contemnit eam in uno genere rerum, sed etiam in pluribus, scilicet in tribus. Vult enim contra naturam, quod numerabilia, sicut denarii, si perualeant suo numero, & ponderabilia, sicut aurum, superualeant suo pondere, & mensurabilia, sicut uinum, & oleum, superualeant suæ mensuræ. Vterius contemnit scripturam deterrius, quia uidetur eam contemnere per infidelitatem, quæ est opposita fidei, quam in baptismo professus est: Nam si perfecte crederet, impossibile esset quòd contra Deum, & scripturam sic aperte, & inuerecundè procederet. Item contemnit iura diuina, quia non obstante prohibitione